AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. AMBROSIUS AUTPERTUS
Mitte 12. Jh. Seite 28r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



s; adtende utrum tibi uideatur cum oua similia ui
demus aliquid eorum falsum esse recte nos posse dicere.
A Nullo modo uidetur omnia. N. si oua sunt uera oua sunt.
R Quod cum de speculo resultare imaginem uidemus
quibus signis falsam esse comprehendimus. A Scilicet
quod non tenetur non sanat. non per se mouetur non uiuit. et
ceteris innumerabilibus quae per se quid longum est. R Video
te nolle inmorari et properationi tuamos
gerendum est itaque ne singula repetam si et illi
homines quos uidemus in somnis uiuere loqui
teneri a uigilantibus possent. nichilque inter ipsos
differret et eos quos expergefacti ac sani adloquimur
et uidemus. numquid eos nam falsos diceremus. A Quo pacto
istuc recte diceretur. R Ergo si eo ueri essent quo
ueri simillimi apparerent. nichilque inter eos et
ueros omnino distaret. eoque falsi quo per illas uel alias
differentias dissimiles euincerentur. nonne
similitudinem ueritatis matrem et dissimilitu
dinem falsitatis esse fatendum est. A Non habeo quod di
cam et pudet me tam temerarie esse sensionis mee
superioris. R Ridiculum est si te pudet quasi non obiid ipsud